



**Enchiridion Piarvm Meditationvm In Omnes Dominicas,
Sanctorvm Festa, Christi passionem, & cætera**

Busaeus, Johannes

Mogvntiæ, M. DCVI.

4. De vtilitate eiusdem.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70978](#)

540 MEDITATIONES DE

victu & amictu medicō contentus viuit,
coquē similior est beatis in cœlo : vt enim
hi sua gloria omnes contenti in cœlo vi-
uunt, sic ille paupertate religiosa conten-
tus degit in terra & video fortasse à Christo
dictum est, pauperum spiritu, non futurū,
sed iam esse regnum cœlorum.

Matt.

s.

MEDITATIO IV.

De utilitate religiosæ paupertatis.

CONSIDERA mirabiles eius utilitates
nam primò tollit superbiam , & alia
multa vitia , quæ homines occasione opū
cōmittunt, vel potentiaz, quæ opes comi-
tatur. 2. valet ad peccata p. æterita expian-
da & delenda. 3. hominem inutili rerum
terrenarū solicitudine liberat. 4. virtutes
fere omnes inducit, vt temperantiam, mo-
destiam, & maximè humilitatem, quæ est
eius velut germana soror, 5. auellit animū
ab amore huius mundi, omniumque eius

Heb. 13 voluptatum, & trāsfert in amorem rerum
cœlestium vt dicat. *Non habemus hic cui-.*

Matt. *tatem , sed futuram , quæ in cœlo est, inqui-*

19. *rimus. 6. hominem perfectū reddit in hac*

vita, iuxta illud. Si vis perfectus esse, vade,

vnde

DE
s viuit,
vt enim
cōlo vi-
conten-
Christo
futurū,

itib.

ilitates
& alia
ne opū
s comi-
expan-
rerum
virtutes
am, mo-
qua est
animū
ue eius
rerum
hic cī-
, inqui-
t in hac
vade, S
vende

VOTIS RELIGIOSORVM 541

vende omnia , & capacem magni thesauri
in cōlo, vt ibidem additur. *Et habebis the-
saurum in cōlo.*

Considera. qui religiosus voto pauper-
tatis se & quicquid in mundo habere po-
tuit tradit Deo , & ne aliquando tergiuer-
sati queat voti vinculo se ad paupertatem
obstringit, Deum vicissim se illi consecra-
re, & omnia ad vitam necessaria spondere, *Num.*
sicut olim in persona Aaronis se facturum *18.*

recepit , cum dixit se partem & hæreditatē
eius fore, intelligens in hoc typo omnes
religiosos. Nam si volucres tanto studio
necessarium victū suis pullis conquerunt,
non putandum est cretorem volucrum &
hominum, ac proprium religiosorum Pa-
trem suorum religiosorum filiorū , qui in
cœnobiosis , velut auiculae in nidis cibum
quotidianum præstolantur, obliuisci, Nō
credendum est , yeste necessaria destitutu-
rum eos, qui propter ipsum omnibus cor-
poris commodis se exuerunt nihil retinē-
tes proprium. Itaque si tu non desis Deo ,
nec Deus deerit tibi

Considera, etiam si religiosus nihil pro-
prium sibi vendicet , omnia tamen nec-
essaria ad victum amictum & habitationem,
vt cura sit solutior, aliorum studio obtine-

re, ut

VOT
C
test,
cond
ruit i
obsec
turpe
gnet,
non c
Secur
mnes
carni
eund
spiritu
gelici
festor
te ma
quam
esse fa
rem, b
illius
Co
homij
Clima

te, ut verum sit illud Apostoli in eo. Nihil
habentes, & omnia possidentes. 2. si aliò iter
instituat, omnes eiusdem ordinis fratres,
licet ignoto, omnia caritatis officia defe-
runt, eo solù nomine, quod audiant eius-
dem esse matris, id est, religionis filium; &
experitur verum esse promissum Christi de
centuplo in hac vita; quia centum, imo
mille domos reperit pro vna, sua etiā me-
liores. 3. cibus & potus et si moderata sint,
tamen ex amore ei paratur, & ad mensa a
seruis Dei defertur. Quicquid apponitur,
edit & bibit omni suspiciose seclusa, quod
nullus potest Princeps. 4. in senecta mai-
ori in reverentia habetur, & tractatur, licet
laborare non queat, commodius perpen-
ditur enim, nō quid præstet, sed olim præ-
stiterit. 5. in ægritudine maiori studio & a-
more ei seruitur, quam Dominis seculari-
bus. Medici præscripta ibi accuratè serua-
tur, si periculum vitæ fit, tempestive mo-
netur, & sacramētis munitur. noctu diuq;
præsto adsunt custodes & munitores, o-
mnium fratrum precibus commendatur,
ac tandem septus orantium corona cum
indulgētia plenaria ordini cōcessa in mor-
te ad cœlum transmittitur.

ML

